Terrarum ergo, quemadmodum auxilio Dei et praedictorum labore fuerint ad cultum fidei conversae, partem unam Episcopo rigensi, et ecclesiae suae, aliam Magistro et fratribus militiae Christi, et tertiam partem civibus rigensibus assignamus, in his duntaxat, quae ad dominium pertinent temporale.

Decimam enim et universa spiritualia creandis ibidem episcopis reservamus. Episcopi etiam in quocunq loco convenientem elegerint mansionem ibidem quilibet ad suam mansionem de terra viciniori XVIII incultos et duos cultos mansus ab omni onere obtineant expeditos.

Episcopus etiam unusquisq in castris singulis in sua diocesi constitutis si voluerit, aream ad habitandum habeat competentem. Ubicunq etiam ecclesiae cathedrali de terra viciniori culta centum unci et decem mansi et inculta cum censu et decimatione et omni proventu libere referventur.

Coloni quoq praedictorum agrorum a vectigalibus et exactionibus quibuslibet una et ab expeditionis onere sint immunes.

Ecclesiae vero parochiales tam in agris quam in annona dotentur sicut per Livoniam ecclesiae sunt dotatae.

De peregrinis autem de voluntate praedictorum talitèr ordinamus, ut postquam ad Dunemundam peregrinorum applicuerint primae naves, intra X dies liceat Domino Episcopo praedi-

gere X de voluntariis his peregrinis, ad usus suos et castrorum suorum.

Post X vero dies liceat tam praepósito quam Magistro et civibus accipere voluntarios peregrinos in obsequium in castris et operibus suis, nec liceat hoc alicui prohibere.

Si autem contigerit unum vel duo de praedictis partionariis velle aliquam paganorum terram expugnare et subiicere cultui christiano, faciant hoc communicato consilio praedictorum trium

Quod si unus vel duo noluerint secundum quod posuerunt ad hoc laborare, ille vel illi soli obtineant, qui laborant, si terra fuerit conquisita. Data in Riga. Ao Domini M. CC. XXVI. III Idus Aprilis

N. Alio mar diese Compositio mit d 3 April. sondern III Id Apr d. i. d 11 Apr. übereinstimmt.

Urkunde ist zu marburg, Copie d. d. Original davon in dem rigischen Archive also zu finden ist, und 5 fungende Siegel hat, als 1 des Legaten Wilhelm 2. des Bischofs Albrecht 3. der rigischen Bischöfe 4. des Meisters Volquins 5. des Rathes Riga.

Im Original steht Terrarum ergo quae omnimodo auxilio Dei [illegible] abigo Abschrift zu corrigiren ist.

Das Original ist mit Pergament, mit conservirt, und ausserordentlich Schrift sehr voller Abbreviaturen. Selbst der Name des Meisters ist blos mit dem Anfangsbuchstaben V. ausgedrückt.